



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Monvmenta Paderbornensia**

**Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1669**

**9. Pago Vicino Nomen.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11425**

ubi propè Neuhusium, haud procul Paderbornâ, Luppiâ & Alma coëunt, Alisonem constituit. Quòd si *Alisi* memorati à Ptolomæo vera sedes ad Rhenum fuerit, à Velleji, Taciti, Dionis Alisonem diversum erit; sed utrum omnes Ptolomæi civitates per Germaniam rectis verisque sitibus sint locatæ, multi dubitant. Interim cum satis ostensum sit Alisonem in dicecesi Paderbornensi, ad confluentes Almæ, & Luppiæ situm fuisse, superest investigandum utrum, in vico *Elsen*, an *Neuhusij*, ubi municipium & arx: pro *Elsen* nomen, antiquitas & Cluverius, pro *Neuhusio* facit, quod ibidem sint propriè Luppiæ & Alisonis confluentes, nota Alisonis ex Dione sedes. Componi posse videtur hæc controversia, si cum Horrione dicatur, Alisonem utrumque locum latto suo ambitu comprehendisse.

9. PAGO VICINO NOMEN. Prope Luppiæ & Almæ confluentes antiquius & celebris etiamnum vicus *Elsen*, de quo Cluver. l. c. *Ipse autem vicus Elsen haud dubie est castellum ελιστων, quum iisdem penè literis nomen ejus antiquum in dicto vico exstet.* In documentis antiquis An. 1058. 1107. 1209. *Helsen, Hilesan, Heleson* appellatur: vnde vix ambigi potest, quin *Elsen* quoque priùs dictus fuerit. Frequens enim hujusmodi nominum in *on* terminatio tum erat. Fuit olim ejusdem nominis, quod more veteri nobilium à vico sumpsit, familia equestris seu militaris *de Elsen*, aliter *Ilesen*, ex quâ *Hartmannus & Hildeburgis* ejus conjunx benefactores Monasterij Gerdensis. An. 1177. *Rotgerus*. An. 1186. *Ioannes & Volbertus* ambo Canonici Paderbornenses; ille. An. 1202. 1238. hic. An. 1230. 1244. *Suederus*. An. 1213. 1272. in antiquis literis memorantur.

C

10. ET